

# Subscriptæ quæstiones, De Gloriosa Domini nostri Iesu Christi, & futura ge-

NERALI CORPORVM HVMNORVM RESURRECTIONE, DISPV.

tabuntur in Schola Theologorum, pro conferendis insignibus Doctoralibus Venerando Domino Magistro Ioanni à Via,  
Concionatori Vuormatiensi: Promotore Reuerendo & Clarissimo Viro D. Michaeli  
Vugnero. S. Theologiae Doctore & Professore Ordinario.

46

## QVÆSTIO EXPECTATORIA, AD QVAM RESPONDEBIT

Venerabilis Dominus Magister Martinus Sedelmarius.



Trum Resurrectio Domini nostri Iesu Christi, qua iustificati & in spem uiuam regeneratis sumus, fide tantum a nobis comprehendatur, an etiam certo mentis assensu, aliquo modo sciatur atq; intelligatur?

### CONCLVSIO. I.

Christus a contumeliosa morte, uerè manifeste, formosus, potentissimus, ultra non moriturus, propria uirtute, solutis inferni doloribus, die ter-  
tia resurrexit.

### CONCLVSIO. II.

Resurrectio Christi, ut præterita est, & nec ab illis uisa, qui tunc uiuebant, tamen certissime credita, dum uiderent & tangerent, quem nouerant mortuum,  
ita & nobis dicitur, quem cum non uideritis diligitis, in quem nunc quoq; non uidentes creditis.

### CONCLVSIO. III.

Nihilominus fidelis populus, hoc paschali tempore laeta uoce, iustaq; decantat. Scimus Christum surrexisse ex mortuis uerè. Cum merito scire nos dicamus, non so-  
lum ea quæ carnēis oculis uidimus aut uidemus, uerum & illa quæ idoneis ad quamq; rem permoti testibus uel testimonijs, firmissime credimus.

## Quæstio Vespertina.

CVm Resurrectio generalis omnium hominum in fine mundi futura credatur, non immerito querimur, num ea, naturalis dicenda sit, aut contra, aut supra na-  
turam.

### ASSERTIO. I.

Resurrectio corporum indesinenter, & sedulo prædicari debet, ut omnibus in hoc stadio currentibus, ultimi luditij in bonos bonitas, in malos seueritas, Iustitia in  
omnes, inculcentur & persuadentur.

### II.

Resurrectio illa, in qua corruptio inducit incorruptionem, & mortale nostrum, immortalitatem, nulla firmitate naturali & euidente comprehendi aut doceri potest.

### III.

Lege communi omnes homines, ex utero uel in utero natos, huic sententiae, puluis es & in puluerem reueteris, obnoxios fore, & sic omnem carnem, primum in cine-  
rem redigendam, & tandem animæ propriæ sociandam, dicimus.

### IV.

Nulli pure creato fas est scire tempus exactè determinatum huius resurrectionis, & ideo Chiliaetas & Calculatores temerarios nostri temporis merito cum Ec-  
clesia Catholica damnamus.

## CONCLVSIO VLTIMA, QVÆSTIONI SVB DISTIN- CTIONE RESPONDENS.

Rationi neutiq; aduersatur, Deum optimum Max. qui infinitæ uirtutis est, posse uno momento & in ictu oculi, omnes qui uixerunt, ad uitam reuocare secundam, nec  
conditioni naturæ nostræ quicq; obstat, quin promptissime Angelice Tuba obediat, & Christo redemptori suo occurrat.

Ingolstadij Anno gratiae 1555. die 8. Maij.

AD REVERENDVM VI.  
rum Ioannem à Via in Sacra Theologia Doc-  
randum, Hieronymi Ziegleri carmen.

Tertia laudauit diuinum Aurora Triumphum:  
Qua Christus uictor Tartara dura subit.  
Hic uicit: quis pugnet mors improba contra,  
Sustulit hic quicquid criminis orbis habet;  
Quæ fuga tutæ fuit peccanti tum? fuga nulla,  
Auxilium, cælum, sydera, terra negant:  
His tamen exclusis retulit pro morte salutem  
Pro nobis passus filius ipse Dei.

Gustauit mortem, quô quisquis mortuus esset  
Sécum, sentiret gaudia perpetuo.  
Ultima quando dies aderit iustissime iudex,  
Et tuba dat sonum suscipe quæso tuos.  
Ira patris grauis est, grauior transgressio terræ  
Peius & est hominum semper in orbe scelus.  
Morte tamen nati poterit patris ira caueri,  
Et ueniam lapsis hac ratione dabit.  
Hac spe consolor, iustum fauet ille petenti,  
Sic in me Pluto ius habuisse nequit.  
Sufficit in Christo certam sperare salutem,  
Quia: ubi innocuis gratia non merita.

Attrahé nos tecum surgentes Christe redemptor;  
Namq; salus per te non aliunde uenit.  
Surgemus cuncti: tantum immutabimur omnes,  
Cum Christo quorum uita probata fuit.  
Hoc scio, quod dominum his oculis in carne uidebo,  
Et fruar aspectu, captus amore, Dei.  
Amplius hec doctis, quos pagina sacra probauit  
Committo, atq; alijs discutienda scholis.  
Tu tamen interea facies, perdocte Ioannes,  
Quod respondentis nunc erit officium.

тівасиофія на сюжет п'єси Івана Котляревського

занесено відповідно до змісту п'єси

A. ОБНОВЛЕНІ

занесено відповідно до змісту п'єси

B. ОБНОВЛЕНІ

занесено відповідно до змісту п'єси

III. ОБНОВЛЕНІ

занесено відповідно до змісту п'єси

III. ОБНОВЛЕНІ

О. Відкриті

A. ОБНОВЛЕНІ

занесено відповідно до змісту п'єси

III.

занесено відповідно до змісту п'єси

III.

занесено відповідно до змісту п'єси

І

О. Відкриті

занесено відповідно до змісту п'єси

III.

занесено відповідно до змісту п'єси

III.

занесено відповідно до змісту п'єси

III.

занесено відповідно до змісту п'єси

III.